

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput 41 [XLI.]

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108661)

auxilii mei, tota spes mea in te est.

Opus gubernationis tuae, o gubernator optime, etiam eo tendit, ut adversitates, et mala, quae in nostram possent vergere perniciem, vertas ad salutem. In hoc enim mundo non solum mala culpa fieri permittis, verum et mala poena ordinas, et mittis, ut ex illis per tuam infinitam bonitatem, atque potentiam multa bona eliciantur; maxime vero, ut electos tuos malorum tolerantia erudias, ornes, purifices, atque meritis divites reddas. Quare mi amantissime Deus in omni tribulatione et angustia letari debeo. Sicut in magna consolatione et prosperitate; non enim est malum in civitate, quod Dominus non fecerit, ait Amos, quidquid autem o Domine Deus facis, cum tua infinita pietas ac bonitas, bonum sit, necesse est, o mi dulcissime Deus, ita me in posterum tua gubernationi obsequentem prebebo, ut etiam inter adversa de semper laudem, tibi quoque sumas grates rependam.

Caput 11^m muni

Aspirationes ad Deum tanquam consolatorem nostrum.

O Deus meus consolator optime spes suspirantis animae, tu solus es, qui mihi verum solamen et gaudium afferre potes; quamquam enim omnibus deliciis huius mundi fruor, et ad vota fluere universa; necdum tamen plene consolatus essem; quia adhuc in quietem foret cor meum, quod nequit in ullo alio quiescere quam in te solo consolatore pauperum. Revera tu es verum

Amos 3.

Solacium, quia tu es summum ac aeternum bonum.
 In te igitur o dulcissime Deus, omnis mea con-
 solatio consistit, non qualis sentitur ab insanis
 mundi amatoribus, qui ferrea sapiunt, sed qua-
 lem percipiunt spirituales ac mundi corde, quorum
 conversatio est in coelis. O Domine Deus, si
 non possum hanc tuam ineffabilem sentire
 consolationem, nisi caream omni humano solatio,
 ecce totum mundum nihil aestimo, eius solatia
 abicio: te habeam unicum solacium animae
 meae, et omnia habeo.

ps. 90

7. Verum o Domine Deus non sum dignus con-
 solatione tua, quia peccavi in te, et malum coram
 te feci. Heu multiplicatae sunt iniquitates meae
super capillos capitis mei. Sine me igitur paulu-
lum, ut perlangam dolorem meum, et nequam vadam
ad terram tenebrosam et operam mortis caligine.
 Sed ecce dum me discruciant peccata mea, et fluunt
 lacrymae ab oculis meis, atque pro dolore deficit ani-
 ma mea, audio vocem consolatione plenam intus
 michi loquentem: Ego sum, qui deleo iniquitates
tuas propter me, et peccatorum tuorum non recor-
dabor. consolare, consolare, quoniam dimissa est
iniquitas tua. O quanta tunc consolatione post
 lacrymas et gemibus afficitur anima mea! quam
 magna est eius tranquillitas, quam grata mentis
 ipsius hilaritas, siquidem in se sentit, Maiestate
 divinam se propius ad eam inclinasse, atque osculo
 oris sui ipsam osculari dignatam esse: O Do-
 mine Deus dilectissime, sponse animae meae,
 vere tu es Pater misericordiarum et Deus totius

Isai 43

Is

Isai 40

288
consolationis, quia super multitudinem dolorū
meorum consolationes tuæ letificant animam meam. ps. 95.

3 Sed o Domine Deus, si tanta est consola-
tio anima poenitentis, quanta erit anima amā-
tis, quæ ob eius amoris vehementiam meretur
introduci in cellam vinariam. Hæc cella vinaria
o amabilissime Deus aliud non est, quam dul-
cissimum cor tuum: ibi pia anima inebriantur
torrente superna consolationis, ibi lactantur ab
uberibus suavitatis divina, ibi recreantur mul-
titudine dulcedinis, quam tu o Sponse anime
meæ abscondis diligentibus te. O dulcissime
amor meus, quam beatus forem si in hanc sa-
cratissimam cellam introduci mererer, mox certè
cuncta terrena fastidirem, et cum beato Petro
exclamarem: Domine bonum est nos hic esse; Math. 17
vel cum propheta: hæc requies mea in seculum
seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. O ps. 131.

cor Iesu, o sinus amabilis manans dulcedine,
redundans consolatione, supereffluens charitate
in tuam intimam medullam cupio immergere
spiritum meum, ibi enim amplexus et oscula,
quæ vincunt mellis pocula, sed tamen in his parva
morula, quia corpus, quod corrumpitur aggravat
animam, et terrena habitatio deprimat sensum
multa cogitantem. Hic igitur o Domine Deus
plenè consolari non potero, donec transeam in lo-
cum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei.
Ibi perpetuo declinabis super me fluvium pacis et

Sap. 9.

ps. 41

Job 7.0 ¹⁶ Torrentem consolationis. Reposita est haec spes
~~mea in sinu meo.~~
mea in sinu meo.

Caput 47^{um}
 Aspiraciones ad Deum tan-
 quam lucem increatam.

1 O Deus altissime, tu es vera lux, et tenebrae in
 te non sunt ulla, tu es illa lux, quae illuminas
 omnem hominem venientem in hunc mundum,
 quae illucescis mentibus hominum, et ostendis
 eis viam bonam, per quam ambulant, ut ad hui
 cognitionem veniant, te unice requirant, et te im-
 pense diligant. O lux gratissima sine te nihil
 est in homine, nisi mera tenebrae coecitates et igno-
 rantia. O lux fulgida et gratiosa illucesce michi,
 ut in meridiem clarissimam vertantur tenebrae
 cordis mei. O lux amabilis, quae non tantum
 illuminas, sed etiam accendis, illumina me,
 accende me, inflama me ignea charitate, ut
 anima mea tota resolvatur, tota liquefiat, tota
 in te transeat. O lux beatissima, tu es ma-
 gistra veritatis, lumen cordis, solamen animi,
 fugatrix ariditatis mentis, nutrix devotionis, pro-
 ductrix lacrymarum. Ah veni, et descende in me,
 dissipia tenebras cordis mei, ne pra coecitate et ari-
 ditate mentis torpescat, et deficiat anima mea. O
 Serena lux Deus meus, cor meum suis irradiationibus,
 Iunge me tibi vicinius, o Sol ru-
 bilantissime, ut ad calorem virtutis tuae, fractus
 Sanctae dilectionis progerminet terra cordis mei.